

3

Apostolicam sedem fatigavit, qui primævis illis contra hæreticos confæderationibus Legibus nostris insertis, celeberrime adhuc usq; olim aboleri illas non permisit et quidem intermisit, sed forsitan eo respectu, ne vicinis et recentibus in oculis nostris Exemplis, cum Euzania eradictur et triticum. His itaq; de causis exacerbata Maiestas sua, et optime sibi consueta, nihil sinistrum de se scribi, aut dici, a quopiam merito posse, per tantum temporis intervallum, Illustram ac Reverendam Domum nostram aditu suo prohibuit, Et à solita cum Illustram ac Reverendam Domum nostram communicatione abstinuit, insuper Magnificum Donum Jacobum Maximilianum Fredro Succamerarium Ireniense, minoris tunc Cancellariae Regentem, Virum, genere, et omnibus virtutibus, meritis, in hoc Regno Reputatissimum, ad Illustram ac Reverendam Domum nostram misit interrogando, utrum reditus sui licentia jam pervenisset, ad Illustram ac Reverendam Domum nostram ad quam Magnificus Dominus Fredro, inferioris Maiestate Regia indignus dignissimi Nuntii persona ab Illustram ac Reverendam Domum nostram tractatus maiori, adhuc indignatione regium cor perturbavit. Quod postq; Maiestas sua Amplissimis Ordinibus communicasset, omnes in partes exquisiti sui doloris, et capite læso nos quoq; ut membra lædi iudicamus. Quapropter amplissimi Ordines, Nos ad Illustram ac Reverendam Domum nostram destinant expostulandi hinc de rebus et urgon di causa, ut Illustram ac Reverendam Domum nostram voluntati Regia morem gerat, et discedat ex aula Serenissimi Regis, ad quem solum à sacra sede commissioem habet, absit contumelia dicto, ut nos tædio et molestia afficiant Apostolici Nuntii, in quibus ipsam Sacro Sanctam veneramus Apostolicam sedem. Nuntios volumus, sed aliter serenissimo Regi, aliter nobis, quam hactenus Illustram ac Reverendam Domum nostram vestra fuit, affectos desideramus. Ceterum omnes Polonia, Lithuania Catholici, coram Deo et Angelis eius profitemur, quod indebita et constanti, ut Catholico decet, Erga Sanctissimum Dominum nostrum V. B. N. U. M. O. T. A. V. U. M. obedientia permanemus, quod idem nobis quam et Maioribus nostris in est, in religionem zelus, in sacram sedem cultus, quod cum gremio sacro sanctæ Ecclesiæ Romanae indulgentissimæ Matris nostræ vivere, inter primas felicitatis nostræ partes reputemus, pro ea quoq; si fieri possit, mille mortes oppetere cupimus.

RESPONSO AD VERBA: NON ÆQUIPABAMUS REGIBUS?

Scriptæ ab Urbe Roma et ad quarimoniam quod Serenissimus Rex Polonia fuit spretus in promotione anni. 1641. ex eo quod fuerint promoti ad Cardinalatum eminentissimi Montaltus et Martarimis postulatur ab alijs Regibus et pro Rege et Regno Poloniae fuit reservatus locus in pectore.